Quintum Caputt:

Hic est liber generationis A-
tam in die qua creavit Deus hominem
Ad similitudinem Dei fecit illum: ma-
sculum et feminam creavit eos. Et be-
nedixit illis: & vocavit nomen eorum
Atam in die qua creati sunt.
Vixit autem Atam centum triginta
annis et genuit filium ad imaginem
et similitudinem suam: vocavitque no-
men eius Seth. Et facti sunt dies
Atam, postquam genuit Seth octingenti
anni: genuitque filios et filias. Et
factum est omne tempus quod vixit
Atam anni nongenti triginta &
mortuus est. Vixit quoque Seth
centumquinque annis et genuit Enos
Vixitque Seth postquam genuit Enos octin-
gentis septem annis: genuitque filios
et filias, Et facti sunt omnes dies Seth:

http://digital.slub-dresden.de/ppn346058791/32